Univ. Bibl.
München




Piscina purgatory.

5

# PACTUM SACERDOTALE, CHARITATIVUM, SÆCULARE,

*Sub Titulo*

ASCENSIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

Collegii Beyberg

ET

Auſpiciis Electoral. Aulæ Archi-Confraternitatis Defunctorum ad Aulam veterem Monachii,

Inter 33. RR. DD. Sacerdotes, & præfatæ Archi-Confraternitatis SODALES,

Anno 1715. erectum, ac rurſus editum MDCCLXVII.

*MONACHII,*

FORMIS VOETTERIANIS.

Et Societas noſtra ſit ſecundum S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ Epiſtolam 1. *cap*. 1. *v*. 3.

Cum Patre, cum Filio ejus JESU Chriſto Salvatore noſtro in Cælum elevato &c. cum S. Michaële Archangelo ad animas ſuſcipiendas conſtituto, & S. Proto-Martyre Laurentio, cujus meritis, & interceſſione, quavis feria ſexta, uti ex certis revelationibus conſtat animam e purgatorio eſſe liberandam &c.

Hanc Societatem Chriſtus Dominus jam inſinuavit apud S. Matthæum *cap*. 18. *v*. 20. ubi enim ſunt duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi ſum in medio eorum.

Vade, & libera Fratres tuos. 1. *Machab*. *cap*. 5. *v*. 17.

Universitäts-Bibliothek München

# LEGES.

## I.

Pactum hoc charitativnm mortuale eſt ſacra, & pie quæſtuoſa quædam Conventio, inter quosdam R. R. D. D. Sacerdotes, ex Venerabili Clero Sæculari Monacenſi, & ex dictæ Archi-Conſodalitatis Aulicæ &c. inſtituto jam prius vivente, inita, tam ad conſolationem periculoſe decumbentium D. D. Confœderatorum, quam ad præſtandum, ſibi mutuo poſt mortem, pium Suffragium, idve per SS. Miſſæ Sacrificium, cæteraque bona opera, &c. cum facile conjecturandum, in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. *Marc.* 4. *v.* 4. & *Maith.* *c.* 7. *v.* 2. Qua menſura menſi fueritis, remetietnr vobis.

## II.

Qui hujus fœderis membrum eſſe cupit, oportet, ut ſit ſupra memoratæ Archi-ſive alicujus eidem aggregatæ Confraternitatis Sodalis, ita, ut licet Sodalis quis eſſe poſſit quin ſit Pactiſta, nemo tamen in Pactum admitti, quin prius ſit Sodalis, cum Archi-Confraternitas ſit fundamentum Pacti, Pactum vero non niſi pia quædam hujus Archi-Congregationis Appendix, & ſalubre additamentum.

## III.

Numerus Confœderatorum ad ætatem Chriſti, qua, Annis 33. completis, ad Cœlos exaltatus fuit, qui numerus ad 33. capita conſtitutus, per mortem unius, alio ſubſtituto, conſervabitur.

## IV.

Ubi mortis periculum inciderit, unusquisque Confœderatorum ita rem diſponet, ut, quando lethaliter decumbere cœperit, hoc absque mora confœderationis Directorium in veteri Aula intelligat, quo reliqui DD. Confœderati, prout ſancte decreverunt, pro ipſius reconvaleſcen-

ſcentia, vel, ſi DEUS aliter ſtatuerit, pro felici mortis hora, ſua unius diei merita impetratoria, &c. devote offerre poſſint.

## V.

Ut, ſi quis ex dictis Confratribus e vivis migraverit, ejusdem obitus ſtatim in præfata veteri Aula notificetur, quo percepto.

## VI.

Omnes R. R. D. D. Confœderati, ad bonum aliorum exemplum, & ædificationem, ac ad Indulgentias 60. dierum, folio 18. N. 5. obtinendas &c. Defuncti funus ad ſepulturam comitabuntur, nec non Rei Divinæ, ſub bina oblatione, intererunt. Quod ſi quis, hoc facere, absque cauſa prætermiſerit, is nec Archi-Confraternitatem, & Pactum multum curare, neque ſui curam haberi tam ante: quam poſt mortem velle a Confœderatione cenſebitur.

## VII.

Quilibet Confœderatus pro anima hujus defuncti Conſodalis, quamprimum

poterit, Sacrum unum (ubicunque: ſed Altare privilegiatum, non privilegiato, præferre placebit) cum aliis omnibus duorum dierum continuatorum ſuffragiis, vel bonis operibus ſatisfactoriis, &c. offeret, & dein pro eodem Officium defunctorum cum uno Nocturno pro libitu, & commoditate recitabit.

## VIII.

Ut autem ſingulorum ſecuritati conſulatur, & præmiſſa præſtandi ſtudium magis excitetur; Sacrum illud, & preces &c. ſi Defunctis Officium ſuum facere neglexiſſet, quisque ea conditione, ſcilicet ſibi, aut aliis (ſed ſine ſtipendio) applicare poterit.

## IX.

Quia etiam quilibet ſibi perſuaſum habebit, ad Pactum iſtud bene adminiſtrandum, quoddam expenſum, ſingulis annis, neceſſarium eſſe, ideo quispiam Confœderatus, circa feſtum Aſcenſionis Domini (quod pio huic inſtituto Principale) penſionem, vel donum gratuitum pecuniarium, nempe decem crucigeros, annuatim præſtabit, quam penſionem, ſi quis

per

per tres annos non præſtiterit, fœderis hujus Sodalis eſſe recuſare videbitur.

## X.

Si quis ex R. R. D. D. Confœderatis, infirmitatis, ſeu negotii cauſa: aut ſi unus, vel alter, qui Monachio diſceſſerit, & alibi accommodatus fuerit, ratione loci diſtantiæ, in defunctorum tumulatione comparere nequiverit, eorundem vices R. R. D. D. Candidati ingredientur.

## XI.

Cum feſta Reſurrectionis, Aſcenſionis; Transfigurationis, ac Nativitatis Domini, nec non S. Michaëlis Archangeli, D. Laurentii, Proto-Martyris, atque B. Joannis Nepomuceni, Sacerdotis Sæcularis, ſint dies Pacto huic proprii; quare quivis tam in gratiarum actionem, quam ad cœtus hujus conſervationem, atque ad majus ejusdem incrementum, & ulteriorem Salvatoris noſtri &c. ac Michaëlis, D. Laurentii, & B. Joannis conciliandam protectionem, quolibet eorum die, devotionem ſuam, pro commoditate privatim perſolvere ſciet: ad rem Divinam autem, ſi media (ſuo tempore) permit-

tent, iſtis diebus, dante DEO, inſtituendam, R. R. D. D. Confratres dein ſemper oſtiatim humaniſſime invitabuntur; Interim omnium Indulgentiarum, & Suffragiorum &c. quibus non ſolum venerabilis Archi-Confraternitas &c. ſed omnes ejusdem aggregatæ (quarum defacto jam 146. numerantur) vi Regulæ ſecundæ, gaudent, ſe participes reddere poſſunt. Indulgentiæ vero, ut ad manus habeantur, fol. 16. &c. appreſſæ, legendæ ſunt.

## XII.

Conventus quot annis inſtituetur, Feſto B. Joannis Nepomuceni, die 16. Maji, media ſecunda pomeridiana, in Oratorio Archi-Confraternitatis &c. ad Aulam veterem &c. ad quem annualem Conventum R. R. D. D. Compactales, vi hujus ſemel pro ſemper humaniſſime invitantur, nec non etiam, atque etiam rogantur, ut absque ulteriore inſinuatione diligenter comparere haud dedignentur.

## XIII.

Directorium hujus piæ Conventionis tres cum Executore Pacti, per triennium, niſi neceſſitas aliud dictaverit, habebunt.

AN-

# ANNOTATIO.

Hæc laudabilis Confœderatio unanimiter decrevit, ut ſi quis Candidatorum antequam in eandem Societatem receptus moreretur, ſinguli Pactiſtæ, ejusdem funus (ſed absque ulteriore obligatione) ad ſepulchrum comitentur, pari etiam modo, ſi quis ex Confœderatis vita deceſſerit, omnes Candidati ejus deductionem funebrem proſequi teneantur.

Non minus D. D. Confœderati ſingulis Angariis feria ſexta & hora octava in Aula Vet. pro noſt. Deſunct. unum Miſſæ Sacrif. celebretur, ad quod ſemel pro ſemper humaniſſime invitantur.

## A Directorio præſtanda.

I.

Quoties opus fuerit, curabit imprimi Sylabam D. D. Confœderatorum, eumque ſingulis transmittet.

II.

Idem invitabit omnes ad Conventus, ſive ſacra, ſuo tempore (ut ſupra dictum) habenda.

# III.

Quamprimum intellexerit, aliquem e Confœderatis periculoſe ægrotare, vel obiiſſe, cæteris omnibus ejus ægritudinem, vel mortem ſignificabit, ac Suffragia &c. nec non diem, & horam pompæ feralis indicet.

# IV.

Non minus, quisnam Defuncto ſucceſſerit, cuilibet notificabit.

# V.

Decedentibus novos ſubſtituendi hujus fæderis Socios poteſtas penes Directorium, & juxta Catalogum Candidatorum, fol. 14. inferius, niſi aliud obſtet, erit.

# VI.

Ratiocina receptorum, atque expenſarum, &c. ſingulis annis diligenter concipi: & in privato Conventu ſimul ad ratificandum præſentari debent.

# DIRECTORIUM

## Pacti hujus charitativi Sacerdotalis mortualis.

*Secundum vota Electionis.*

ANNO MDCCLXVII.

## Director.

Adm. R. D. Joſephus Max. Barth. Conrad, SS. Theol. ac SS. Canon. Cand. Elector. Archi-Confr. Aul. OO. fidel. Defunct. in Aula vet. Capellanus.

## Aſſiſtentes.

Adm. R. D. Auguſtinus Harpf, Benefic. ad S. Nicolaum in Gaſteig.

Adm. R. D. Martinus Benno Wolfgang.

## Executor Pacti.

Adm. R. D. Joſephus Buecher, SS. Theol. ac SS. Canon. Cand. Secretar. Archi-Confrat. OO. fidel. Defunct. in Aula vet. nec. non Benef. ad S. Spirit.

CA-

# CATALOGUS

Adm. Rev. Nobil. Clariſſ. atque Doctiſſ. DD. Confœderat. Sacerd.

## A.

R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## B.

R. D. Joſephus Buecher, Pacti hujus Executor.
R. D. Salvator Beuilaqua.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## C.

R. D. Joſephus Maximil. Barth. Conrad, Electoral. Archi-Confrat. OO. fidel. Defunct. in Aula vet. Capellanus, & Director.

Adm.

Adm. R. ac Nobil. D. Joſephus Michaël Cleer, Benefic. ad S. Petrum.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## D.

† Adm. R. D. Antonius Deiſenrieder, Benefic. ad D. V. nec non ad S. Joan. Nepomuceni.
R. D. Thomas Dietmayr.
R. D. Joan. Daubenmarkl.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## E.

R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## F.

R. D.
R. D.
R. D.

## G.

R. D. Franc. Xav. Gieſſer.
R. D. Antonius Großauer
R. D.
R. D.
R. D.

## H.

✝ R. D. Auguſtinus Harpf, Benefic. ad S. Nicolaum in Gaſteig. 10. Xbris 1767.
R. D. Franciſcus Häzl.
✝ R. D. Laurentius Hainrich. 2. Augusti 1767
R. D. Clemens Huetter.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## I.

R. D. Petrus Jocher, Benefic. in Clonburg, grat. D. de Rufin.
R. D.
R. D.

## K.

R. D.
R. D.

## L.

R. D. Joſeph Lobermayr, Cuſtos ad S. Spiritum.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## M.

R. D. Joſephus Meſſer, Beneficiat ad S. Spiritum.
Adm. R. D. Ignatius Miller, Archi-Confrat. S. Georgii Capellanus.
R. D. Benedictus Mynſinger, Beneficiat. in Laufzorn.
R. D. Joannis Georg Mändl, Beneficat. in Seefeld.
Adm. R. D. Carolus Joſephus de Millner.
R. D. Joſeph Mönacher.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## N.

R. D. Sebaſtianus Neumayr.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## O.

Adm. R. D. Franc. Leopold Oweſer, Inſtit. Imper. Statuum Prov. Capellanus.
R. D. Franciſcus Obermiller.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## P.

R. D. Sylveſter Pöch.
Adm. R. D. Caſparus Prunner, Capellanus in Agro.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## Q.

R. D.
R. D.
R. D.

## R.

R. D. Franc. Joſephus Renz, Benefic. in Amergang.

Adm. R. ac Nobl. D. Max. Joſephus de Regler, S. E. Colon. Conf. Eccl. Benef. in Mosbach.

R. D.

R. D.

R. D.

## S.

R. D. Chriſtophorus Setzkorn, Benefic. ad S. Nicolaum in Gaſteig.

R. D. Franc. de Paula Aloysius Stößl

R. D.

R. D.

R. D.

## T.

R. D.

R. D.

R. D.

## V.

R. D.

R. D.

R. D.

R. D.

## W.

R. D. Caſparus Werndl.
R. D. Martin Benno Wolfgang.
R. D. Thomas Widmann, Beneficiat. in Amerland.
R. D. Maximilianus Wamerſee, D. Theol. & J. U. Cand. Benef. Weſterhemii.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

## X.

R. D.
R. D.

## Z.

Adm. R. D. Carolus Zengler, Benefic. in Aula vet.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

# SYLABUS

## RR. DD. Candidatorum Mortuis ſubrogandorum.

R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.
R. D.

# ELENCHUS

## RR. DD. Confœderatorum hujus Pacti, nempe ab Anno 1750. usque ad 7. Maji Anni 1760. in Domino pie Defunctorum, quibus omnibus Requiem precamur æternam.

1. R. D. Valenrinus Sedlmayr, Benefic. ad SS. Trinitatem, die 9. April. 1760.
2. R. D. Barth. Joſephus St. Johanſer, die 9. Jan. 1767.
3. R. D. Martinus Daimer, die 26. Martii 1766.

4. R. D. Thomas Hauſtetter, die 15. Sept. 1765.
5. R. D. Caſparus Kipffinger, die 27. Julii 1760.
6. R. D. Sebaſtianus Kalteis, die 17. Decemb. 1764.
7. R. D. Joſephus Pabenſtuber, Benefic. ad S. Petrum, die 19. April 1767.
8. R. D. Marcus Prandtl, die 30. Martii 1766.
9. R. D. Melchior Prey, die 16. Julii 1763.
10. R. D. Mathias Prandtmayr, die 13. Julii 1766.
11. R. D. Joſephus Antonius Premb, die 15. Maji 1762.
12. R. D. Joan. Georg Schwarz, Parochus in Geding, die 30. Jan. 1767.
13. R. D. Michael Semer, die 14. Jan. 1766.
14. R. D. Georgius Sulzberger, die 4. Decemb. 1760.

# COMPENDIUM INDULGENTIARUM ELECTORALIS

Archi-Confraternitatis Aul. O. F. D. &c. ex Bullis, &c. ejuſdem introdu-ctionis 1615. exceptum.

## I.

Tria Altaria, ſingulis diebus, in perpetuum privilegiata, ita, ut in iis per unumquodque Sacrum, anima e Purgatorii pœnis liberari poſſit.

## II.

### Plenaria Indulgentia pro vivis.

1. Die ingreſſus, &c.
2. In Articulo mortis, præmiſſis requiſitis, &c.
3. Diebus feſtis omnium Sanctorum, &
4. Nativitatis Domini, a primis Veſperis, usque ad occaſum ſolis amborum dierum iſtorum.

## III.

### Plenaria, etiam animabus in Purgatorio applicanda.

1. In Epiphania.
2. Diebus feſtis, uti Purificationis B. V. Mariæ.
3. Dominica Lætare.
4. SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi.
5. Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ.
6. S. Laurentii.
7. S. Michaëlis.
8. SS. Apoſtolorum Simonis & Judæ.
9. In Commemoratione Defunctorum &c.
10. S. Andreæ Apoſtoli, a vere Confeſſis, & S. Communione refectis, qui Archi-Confraternitatis Eccleſiam viſitaverint &c. obtinentur.

NB. *In feſtivitate D. Laurentii, ac die commemorationis Defunctorum, a primis Veſperis, usque ad occaſum ſolis utriusque ejusmodi diei, omnes, & ſinguli Chriſti fideles, qui non ſunt membra dictæ Archi-Confraternitatis plenariam omnium peccatorum Indulgentiam lucrari, & animabus in purgatorio applicare poſſunt.*

Univ. Bibl. München

## IV.

## Indulgentia plenaria pro Devotione Horaria.

Quam Indulgentiam omnes, & ſinguli Chriſti fideles, etiamſi non ſint membra Archi-Confraternitatis &c. lucrari, & animabus in purgatorio detentis condonare poſſunt, qui unam Orationis horam amplexi fuerunt, & ad præſcriptam intentionem, earundem animarum ſalutem, ubicunque, devote peregerint. Ubi notandum, hanc Indulgentiam, præſertimi illis animabus lucrifaciendam, quæ eadem hora, vel illi proxime, ex hac Devotione horaria; in DEO, pie migraverint.

## V.

## Indulgentia 7. Annorum, & totidem Quadragenarum.

Illam, facta confeſſione, & ſumpta S. Synaxi, Confratres, &c. conſequuntur, qui Eccleſiam hujusmodi.

1. In SS. Corporis Chriſti, &
2. Pentecoſtes, nec non
3. Annunciationis: &
4. Aſſumptionis B. V. Mariæ, Feſtis diebus, viſitaverint & oraverint, &c.

## VI.

### Indulgentia 60. dierum obtinenda.

1. Quoties Confratres, &c. in dicta Ecclesia Miſſæ Sacrificio, aut
2. Congregationibus publicis, vel privatis interfuerint.
3. Pauperes Hoſpitio ſuſceperint.
4. Pacem inter inimicos compoſuerint.
5. Corpora Defunctorum ad ſepulturam aſſociaverint, aut
6. Proceſſiones, vel
7. SS. Euchariſtiæ Sacramentum ad infirmos, &c. comitati fuerint, ſeu
8. Si impediti, ſemel orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, aut etiam
9. Quinquies orationem, & ſalutationem prædictam, pro animabus defunctorum Confratrum &c. dixerint, ſeu
10. Devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint.
11. Ignorantes præcepta DEI, & ea, quæ ad ſalutem ſunt, docuerint; &
12. Quodcunque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint.

Omnia ad majorem DEI in Cælum aſſumpti Gloriam, S. Michälis, & D. Laurentii, ac B. Joan. honorem, nec non animarum ſalutem.